



Specimen juridicum inaugurae continens quaestiones ex jure hereditario desumptas

<https://hdl.handle.net/1874/324467>

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE.

CONTINENS

QUAESTIONES EX JURE HEREDITARIO
DESUMTAS.

1899672

2 ECRIN E TONIN LIBRAIRIE

LIBRAIRIE

QUESTIONS EX TRICE HERBIER
TIRIO DESMATES

1860

PARIS, LIBRAIRIE DE L'UNIVERSITÉ

DE LA SOCIÉTÉ DES AMIS DE L'EDUCATION

EDITEURS : J. B. BAILLY ET C. GARNIER

QUESTIONNNAIRE SUR LA SCIENCE

J 3
SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

CONTINENS

QUAESTIONES EX JURE HEREDITARIO DESUMTAS

QUOD

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI FRANCISCI SUERMAN

MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

BERNARDUS ENGELBERTUS ROELVINK,

BREDEVORDIA-CELRUS.

DIE XXIII. M. JUNII A MDCCXLVII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM.

APUD P. W. VAN DE WEYER, TYPOGR.

MDCCXLVII.

Изъ языка иностранных
и изъ писаний
и изъ сказаний

Извѣстія о земельныхъ
и землемѣрныхъ

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS

SACRUM.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

QUAESTIO PRIMA.

UTRUM TESTATOR POSSIT JUBERE HEREDES, UT AD TEMPUS IN
HEREDITATIS COMMUNIONE MANEANT.

Jure Romano non valebat ea clausula testatoris,
qua perpetuam inter heredes jubet communionem,
quia nulla societatis in aeternum coitio est, ut
ait PAULUS in l. 70 D. *pro socio*. — Quum autem
hoc principium universe amplexi sint Romani,
neque testatori permittendum erat, id sua solius
cavere dispositione, quod ne conventione quidem
duorum introduci potest.

Erat autem apud Romanos permissa dispositio,
qua ad tempus communionem imponat testator v. g.

ut divisio fiat demum, si omnes heredes, ad maiorem aetatem pervenerint; cum etiam conventione partium societas ad tempus contrahi possit. Hoc docetur in l. 14 § 2. D. Comm. divid: *Si conveniat ne omnino divisio fiat, hujusmodi pactum nullas vires habere manifestissimum est, sin autem intra certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet.* Exemplum refert Ulpianus in l. 4 pr. D. de Cond. Inst. 1) idem autem in Gallia olim viguisse docet Pothier 2) et de Jure nostro antiquo idem affirmat Hugo Grotius 3).

Jure hodierno, etiam non valet dispositio qua in perpetuum communio jubetur, ita ut ab ea descendere non liceat.

Legislator noster exemplum secutus Codicis Napoleontici, temporis spatium definit, ultra quod

1) Cf. Voet ad Pandectas Tom. I. Lib. X. Tit. 2. N^o. 52 et Glück, Ausführliche Erläuterung der Pandecten. T. XI. p. 21.

2) *Traité des Successions.* Lib. I. Ch. IV. p. I.

3) *Inleiding tot de Hollandsche Regtsgeleerdheid.* B. 2. Cap. 2. num. 19.

heredes non possint stipulari, ut divisio differatur. Traditur hoc in art. 1112 Cod. Civ. Unde apparet, tempus, ad quod divisio differri potest ab ipsis heredibus, esse quinque annorum, ultra quod tempus etiamsi in longius contraxerint, pactum non valet.

Hinc vero quod Jure nostro et Gallico, omnes quidem in eo convenient, non eam valere dispositionem testatoris, qua ultra quinquennium communionem heredibus imponat, sed hac in re dissentunt, num vim teneat ea clausula qua ad quinque annos heredes jubet in communione manere, ita ut, qui hoc modo heredes instituti sunt, non liceat dividere hereditatem ante hocce tempus praeteritum¹⁾.

Ampl. VERNEDE, 2) qui hanc facultatem testatori tribuit, hic scilicet ratione argumentatur: lieere

1) Codicis Napoleontici interpretes, qui hanc facultatem testatori tribuant sunt inter alios DELVINCOURT. T. II. p. 344. et DURANTON. T. VII. pag. 159. Inter eos, qui art. 815 Cod. Nap. ad testatorem non pertinere dicunt atque huic facultatem admant communionem imponendi, nominandus est CHABOT DE L'AILLER.

2) *Handboek voor de Nederl. Wetg.* Afl. II. pag. 502 seqq.

testatori quameunque dispositioni sua addere conditionem, quae ei placet, modo non sit contraria legibus; jam lex permittit, quod partium conventione communionis dissolutio ad quinque annos differtur; ratio igitur non est, quare facta per testatorem divisionis hereditatis ad tempus quinque annorum prohibitio, inefficax sit. — Ipsa ejus verba audiamus quibus sententiam suam defendat: »Daar de erfgenamen zelven de bevoegdheid bezitten, om zoodanige overeenkomst van opschorting te sluiten en dezelve dus, mits tot zekeren tijd bepaald, niet wordt beschouwd als strijdende met de openbare orde, zoo kan ik niet inzien, waarom aan den erflater, zoodanige instelling, mits onder eene *ontbindende* voorwaarde niet zoude mogen worden toegelaten. — Zoodanig gebod van den erflater zoude immers, niet meer bevatten, dan eene bepaling in den uitersten wil, waarbij de erflater aan meerdere personen gezamenlijk eene zaak legateert, onder voorwaarde, dat zij zullen overeenkomen, om het gelegateerde onverdeeld te houden en de vruchten of inkomsten

gedurende vijf jaren gemeenschappelijk te trekken, hoedanige overeenkomst, volgens dit art. gegoorloofd is, terwijl de instelling slechts zoude vervallen voor hem, die aan zoodanige beperking zich niet zoude willen onderwerpen.” Pergit porro: »Eerst dan, wanneer het verbod, den bij art. 1112 bepaalden tijd van vijf jaren te boven gaat, zal het als strijdende met de openbare orde en bijgevolg met de wet als niet geschreven kunnen beschouwd worden; men zal toch wel niet kunnen veronderstellen dat de Wetgever aan belanghebbenden zoude hebben willen toestaan, het sluiten van overeenkomsten, die hij zelf als strijdende met de openbare orde beschouwde.”

Sunt autem, inter quos consult: *de PINTO* 1) et *SCHÜLLER*, 2) qui contendunt heredes semper retinere hereditatis dividenda facultatem, licet ea legi hereditatem adierint, ne ad tempus eam dividant,

1) *Handboek tot het Burgerlyke Wetboek* § 596.

2) *De Nederlandsche Wetboeken met Aanteekeningen* D. I. p. 205.

quum hanc conditionem legi contrariam pro non scripta habendam esse existimant, secundum art. 935 Cod. Civ. 1). Nam in alinea 2 art. 1112 dicit legislator, heredes semper posse recedere a communione et divisionem petere, etiamsi iis prohibitum sit. *De hoedelscheiding kan, niettegenstaande eenig daarmede strijdig verbod, ten allen tijde gevorderd worden.* Suh quibus verbis intelligendam esse defendant, prohibitionem a testatore factam ne ad tempus divisio hereditatis ab heredibus instituatur. — Quibus argumentis addi potest, quod in al. 3 dicitur: *er mag echter overeengekomen worden,* — non autem *er mag bepaald worden.* Ex quibus igitur efficiunt, quod facultas, quam lex de differendo tempore dissolvendae communionis tribuit, solis competit heredibus non aliis extraneis. — Omnes autem in eo consentiunt, testatorem heredi-

1) Art. 935 Cod. Civ. In alle uiterste wilsbeschikkingen, worden de voorwaarden, die onverstaanbaar of onmogelijk zijn, of die met de wetten en goede zeden strijden, voor niet geschreven gehouden.

bus quibus debetur portio legitima, communio-
nem imponere non posse ratione hujus portio-
nis. 1). Quaestio autem, ut pressius sequar ampl.
VERNEDE, ita mihi videtur tractanda, ut distingua-
mus, quid juris sit, si testator heredes instituerit
sub conditione *si pacti fuerint de hereditate intra*
quinquennium non dividenda; dcinde si pure eos
instituit testator, sed sub conditione resolutiva,
si intra quinquennium divisionem peterit heres
non esto; et tertio denique; si harum conditionum,
nullam fecerit mentionem, sed simpliciter juss erit,
ne intra quinquennium divisio fiat. —

In prima quaestione, ampl. VERNEDE assentiendum
esse existimo, nam hic heredes ex pacto hereditatis
communionem inchoant et dici nequit talem con-
ditionem voluntatis libertatem in heredibus tollere,
nam quilibet perpendere potest, num sibi talis com-
munio utilis sit nec ne. Confiteor legislatorem
vero similiter locutum esse de pacto talium here-
debus, ~~comitatus, condicione, cunctio, etc. in aliis, ut legibus, etc. in aliis, ut~~
~~ib. in aliis, subditum, in aliis, etc. in aliis, ut~~

1) Cf. VERNEDE, ad l. c. ~~ad hanc, ut ex parte his in aliis, ut~~

dum, qui hereditatem jam adiverant, sed minime inde sequitur excludi heredes, qui hereditatem nondum adiverant, nam illi repudiatione tantum heredes esse desinunt 1). Quod ad alteram thesin pertinet, credo talem conditionem non valere, cum conditio resolutiva in heredum institutione est res minus favorabilis, et in jure Romano erat prohibita ex regula: *qui semel heres semper heres* 2) et ideo eam in jure nostro rejiciendam esse statuo. Quod Cl. SAVIGNY 3) de hac regula dicit: »die praktische Wichtigkeit dieses Satzes ist jedoch durch die einführung der Fideicommissse sehr vermindert,“ apud nos ejus majorem vim probent. Unum fideicommissum de residuo a quolibet tantum constitui potest 4); haec autem si admittitur conditio re-

1) Art. 4185 Cod. Civ.

2) Cf. I. 88 de hered. Inst. *Cum autem semelheres exstiterit servus, non potest adjectus efficere, ut qui semelheres exstiterit, desinat heres esse.*

3) Systh. D. III. p. 218.

4) Cf. Art. 926 et 928 Cod. Civ.

solutiva efficiat fideicommissum, ex quo tota hereditas restituenda esset existente conditione.

Si autem testator unice juss erat communionem intra quinquennium continuari: id haberi potest pro institutione sub conditione, *si pacti fuerint de divisione intra quinquennium non petenda*, et heres, qui tunc hereditatem adiit, etiam hoc pactum fecisse videtur; severior autem interpres in tali institutione videbit *prohibitam divisionem*, quae ex verbis legis nullum effectum producit.

verget. Atque non huiusmodi sicut instrumentum in rebus
meritorioribus et probitatismodis ab
tempore non resolutis, ut hismodi modis non sint illi
tempore sed tempore regulare si mundis habentes in
instrumentis loquuntur negotiorum non credidit nisi
quod non sit

QUAESTIO SECUNDA.

ARTICULUS DE CREDITORIBUS ET LEGATARIIS SESE DIVISIONI HEREDITATIS
OPPONENTIBUS.

In art. 1113 Cod. Civ. creditoribus et legatariis
datur facultas se opponendi, ne hereditatis divisio fiat,
antequam solutum est, quod debetur; quae vero
oppositio, hunc effectum producit, ut divisio facta,
post illam oppositionem et quamdiu non satis-
factum est, quod singuli heredes pro eorum parte
ex hereditatis aditione iis debent, ipso jure nulla
sit quod ad eum creditorem et legatarium, qui sese
facienda divisioni opposuit. Haec sunt hujus arti-
culi verba: *De schuldeischers van den erfslater, mits*

gaders de legatarissen, ziju bevoegd om zich tegen de boedelscheiding te verzetten.

De acten van boedelscheiding, verleden na zoodanig verzet, en voordat voldaan is hetgeen tijdens het verzet ten behoeve van zoodanigen schuldeischer of legataris verschenen of opvorderbaar was, is nietig ten opzichte van zoodanigen schuldeischer of legataris.

Jus, quod creditores et legatarii jure hodierno habent, ut heredes vetare possint, ne divisionem inter se faciant, in Cod. Civ. Nap. iis non est concessum, sed in Jure Patriae nostrae antiquo hocce jus jam habuisse, docet nos VOET 1), apud quem invenitur, quod in praxi apud nostros receptum fuit, creditores hereditatis postulare posse a Judice domicilii defuncti, ut faciendam inter heredes rerum hereditiarum divisionem inhibeat, usque dum ipsis vel solutione satisfactum vel cautione praestita satisdatum fuerit, ut ita evitent necessitatem conveniendi singulos pro rata post directam divisione communionem. Eadem est causa, ob quam legislator

(1) Ad loc. cit. L. X tit. 2 N° 32.

noster facultatem sese divisioni opponendi creditoribus et legatariis tribuit, uti appareat, ex iis, quae ampl. VOORDUIN 1) et ASSER 2) ad hunc locum annotaverunt. Secundum eos, debita et legata quibus hereditas est gravata, ad divisionem usque, ipso jure quidem inter heredes sunt divisa, pro ea parte, qua ad defuncti successionem vocantur, ita ut creditores et legatarii a singulis coheredibus, statim ac hereditatem adeant, partem debiti sive legati petere possunt, sed non adstringuntur, ut contra singulos heredes, pro eorum parte agant, tamdiu divisio nondum locum habuit, possunt ex hereditate sibi solutionem parare.

1) *Geschiedenis en beginselen der Nederlandsche Wetgeving*. D. IV. pag. 273, ubi haec verba occurruunt: Zoo lang de boedel onverdeeld is, heeft de schuldeischer en legataris regt op den onverdeelden boedel en hij kan zich voor de kwijting der schuld tegen de deeling verzetten.

2) ASSER. *Het Nederl. Burg. Wetb., vergeleken met het Wetboek Napoleon*, pag. 584: De schuldeischer en legataris toch hebben belang, om hun regt op den onverdeelden boedel uit te oefenen en niet verwezen te worden, tot ieder der soms menigvuldige erfgenamen zijn aandeel zal hebben bekomen.

Idem confirmatur verbis articuli 1143 Cod. Civ. quae ita se habent: *De erfgenamen zijn tot de betaling (van schulden en legaten) persoonlijk en ieder naar mate van de hoegrootheid van zijn erfdeel gehouden, onverminderd de regten der schuldeischers op de geheele nalatenschap zoo lang die nog is onverdeeld.* Post factam igitur hereditatis divisionem, creditores et legatarii contra singulos heredes, pro ea parte, qua jus acceperunt in hereditate agere obligantur, et si tunc ab uno alterove herede, qui partem quidem bonorum hereditariorum acquisivit, sed qui solvendo non est, damnum patiantur, caeteri eo non gravabuntur. Lex insigne jus tribuit creditoribus et legatariis, quo si uti neglerexunt, habent quod sibi imputent. Hanc legem magnae aequitatis esse, unusquisque agnoscit, quia sic creditores hereditatis jura sua optime servare possunt. Negari quidem non potest, hoc jure oppositionis, difficultorem factam esse communionis hereditariae dissolutionem et propterea heredum commodis paululum nocere. Sed hoc etiam verum, si alteruter heres

aut creditor, noxam pati debeat, multo aequius hanc ab herede esse ferendam. Omne enim, quod acquirit heres est emolumentum, creditori autem quam minime ejus jus minuitur damnum infertur.

Merito igitur legislator noster, id, quod usu antea apud nos valuit, in Codice recepit, et statuit creditorum jura magis esse tuenda quam heredum. Quum illi vetare possint, ne communio hereditatis non prius dissolvatur, quam a singulis sociis partem debiti hereditarii acceperunt.

Ut creditores autem et legatarii hoc favore uti possint, requiritur, ut oppositio, quae a parte eorum contra heredes significatur, propter debita et legata instituitur, quorum dies jam venit; quod certe aequitatem habet, nam aliter fieri possit, ut per multos annos divisio differretur hereditatis, quae legatis annuis aliisque debitis, quae in diem debentur, gravata est. 1) Observandum porro est, quod creditores et legatarii hoc favore uti debent, ante factam divi-

1) VOORDUIN, l. c. pag. 245.

sionem, nam statim cessat jus sese divisioni opponendi, quando heredes legitimo modo probare possunt, divisionem jam inter eos institutam esse ante diem, quo de oppositione creditoris vel legatarii certiores facti sunt. Hic autem oritur quaestio, quid juris sit, quando heredes, licet iis permissum non esset, nihilominus dividerunt hereditatem, an tunc dicendum est, res illas hypothecae obligatas esse, ita ut creditor sive legatarius, qui se facienda divisioni opposuit, contra quemcunque harum rerum possessorem, agere possit. Ad propositam quaestionem negando esse respondendum, putat cons. LOKE, 1) cuius sententiae omnino assentior. Nam hypothecae legales in jure nostro non exstant et tale jus nihil aliud esse potest, quam hypothecae jus, per quod creditores res immobiles divisione, contra eorum oppositionem factam, ab emitoribus aliisque, in quorum dominium res ex hereditate legitimo modo translatae sunt, evincere possint.

2) *Handboek voor Notarissen*, bl. 858.

Sententia autem, quam ampl. LOKE tuetur, refutatur ab scriptore anonymo in Diario, Jur: quibus titulus *Regt en Wet*: 1) qui defendit, usque ad divisionem hereditatis factam creditoribus et legatariis competere in hereditate jus in re, quod igitur creditores et legatarii sese divisioni opponendo retinent. Hancce sententiam equidem amplecti non possum, nostra enim sententia confirmatur ex comparatione art. 1147 Cod. Civ. cum art. 1154 eodem, ubi creditores si intra sex menses post delatam hereditatem separationem impetraverunt, per inscriptionem solum efficere possunt, ne res hereditariae efficiacter alienari vel obligari possint ab herede, in damnum eorum; sin vero post sex menses, sed intra triennium unice in bonis hereditariis habent privilegium, sed minime quasi jus in re, scilicet alienationes et hypothecae, quas heres fecerit in eorum damnum valent. In art. 1117 Cod. Civ. autem nec sex mensium fit mentio nec triennii, oppositio credito-

1) D. I. bl. 554. seqq.

rum et legatariorum, ex illo tamdiu fieri potest, quamdiu hereditas non est divisa, nec exigitur inscriptio, quo extranei de oppositione certiores fierent, ex quo conjicere velim per talem oppositionem, minime jus in re nasci ratione extraneorum. — Ampl. LOKE ultra autem progreditur, statuens art. 1113 omni vi et effectu carere cum per oppositionem jus in re nasci nequeat. Confitetur omnino legislatoris mentem fuisse creditoribus usque ad divisionem hereditatis factam, nulla ratione habita herendum et jurum, quae invicem illis competit, concedere ut sibi ex bonis hereditatis solutionem parare possunt, sed ex Jure constituto contrarium decidendum esse statuit, ita disputans. »Kennelijk ging de wetgever van de veronderstelling uit, dat de schuldeischers en de legatarissen, tot aan de scheiding, zonder aanzien van de regten der erfgenamen onderling, hunne vorderingen op de nagelatene goederen kunnen verhalen; en die veronderstelling stemt doorgaans

1) l. c. pag. 838.

zoowel met de billijkheid als het gevestigd gebruik overeen; dat het welligt wenschelijk mogt heeten, haar door eene meer stellige bepaling bevestigd te zien. Maar wat daarvan ook zij, de gewone regtsbeginselen leiden tot nu toe tot een ander besluit, want vermits de verpligting tot betaling der schulden en legaten, regtens tusschen de erfgenamen is verdeeld en er bij gevolg uit eene en dezelfde schuld, zoovele schuldvorderingen ontstaan, als er erfgenamen zijn, zoo kan ieder van deze zich verzetten, dat het aandeel zijner mede-erfgenamen in de schuld, op de gemeene goederen worde vervolgd, zoo lang daarvan het hem toekomend deel niet is afgezonderd. Door dat verzet bij ontstentenis eener wetsbepaling, waarbij aan den schuldeischer een zakelijk regt op al de nagelatene goederen wordt toegekend te verwerpen, zou men de onderscheiding tusschen dat regt en de personeele regtsvordering miskennen, en het zal uit dien hoofde eene belangrijke vraag zijn, of de inhoud der artikelen 1113 en 1147 voldoende kan worden

geacht, om zoodanig zakelijk regt te vestigen. Wordt die vraag ontkenend beantwoord, dan zal het eerste dier artikelen als niet geschreven zijn; want het verzet, waarvan aldaar de rede is kunnen schuldeischer of legataris weinig baten, indien hij, na de scheiding, die in weerwil van dat verzet is tot stand gebracht, te hebben doen vernietigen, zijne vordering op de nagelatene goederen niet kan verhalen, zonder gevaar te loopen, dat een der erfgenamen de zoo even vermelde regtsgronden hem tegenwerpe, en hem dus noodzake zijne vordering te staken tot dat bij eene nieuwe scheiding aan iederen erfgenaam zijn aandeel zij toegewezen.”

Minime tamen equidem viro cons: assentiri possum, contendenti si creditoribus et legatariis jus in re in bonis hereditariis non concedatur, oppositionem ex art. 1113 et verba art. 1147. »Onverminderd de regten op de geheele nalatenschap zoolang die nog is onverdeeld” sensu et effectu carere. Saepe enim apud interpretes tam Juris Romani quam Hodierni invenitur hereditatem esse personam

moralem sive intellectualem, quam significationem probasse videtur legislator noster, cum concedat creditoribus, ut separationem possunt impetrare hereditatis a patrimonio heredum 1) et in art. 1113. concedendo oppositionem. Hereditas igitur indivisa sustinet personam defuncti, contra quam actiones suas instituere possunt creditores. Quod heredes simul obligati sunt, pro rata parte, non tollit obligationem hereditatis, ita ut heredes fidejussores hereditatis existimari possint, quibus non competit beneficium ordinis, eadem ratione qua socii fidejussores societatis habentur.

Tamdiu igitur divisio hereditatis propter oppositionem non facta esse habetur, contra ipsam hereditatem actio creditoribus competit. Si igitur nonnulli heredes obligationi suaee satisfecerunt, alii autem id non fecerunt, vel quia non solvendo sunt vel quia creditor contra eos actionem non instituit, creditori licet horum partem ab heredi-

1) Cf. art. 1153 Cod. Civ.

tate petere, et res hereditarias, quas heredes qui jam solverant retinent, sententia impetrata evincere potest. Eandem sententiam mihi amplecti videatur consultiss. *Nierop* in verbis: »Men zal vragen, waartoe dan het voorregt van afscheiding, daar de fictie reeds uitsluitend verhaal geeft? Het antwoord kon zijn: de afscheiding geeft niet alleen uitsluitend regt van verhaal op het onverdeelde goed der nalatenschap — een regt, dat thans ook zonder de afscheiding, alleen voor schuldeischers der nalatenschap bestaat, art. 1147, 1117 B. W. verg. met art. 492 R. V. en in verband met de weglatting van art. 882 C. G. — maar belet de feitelijke vermeu-
ging, de spoliatie, de vervreemding, hetgeen de fictie alleen niet belet 1).

1) *De leer der regtspersonen toegepast op de maatschappen in de Nederlandsche Jaarboeken voor regtgelerheid en wetgeving VIII*
Dl. 2e, stuk bl. 297.

et utilem utilitatem omnium ut illos respon-
sibilis est vestris singulis translatum a suo omniib[us] et
estensum recte causa communione tunc certe in
dignis temp[oribus] in iure usus habentur. multo
autem secundo tunc non lege sed iustitiaq[ue] nibeant
QUAESTIO TERTIA.

AN ET QUATERNUS LEX IPSA SOCIOS COHEREDES LIBERET AB HEREDI-
TATE DIVIDENDAE OBLIGATIONE, ITA UT ACTIO, QUA HANC
DIVISIONEM PETUNT PRAESCRIBTA DICATUR.

Ad communem utilitatem sancitum est ut praescriptioni obnoxiae sint omnes vindicationes et
condiciones, nec post definitum tempus amplius
in jure institui possint; ita scilicet, ut post certum
tempus elapsum exceptio praescriptionis opponi pos-
sit. Est autem ordinaria et longissima praescriptio
triginta annorum, quaeritur igitur, num post tri-
ginta annos, cesseret actio, qua unus socius alterum

1) Cf. I. 1 D. de Usurp. et Usuc. et I. 5. pr. D. pro socio.

cogere possit, ut communio hereditatis dissolvatur, et divisio ejus instituatur? Hujus autem rei duplex erit effectus, aut ut communio, quae inter heredes obtinet, continuari debeat aut ut ea, quae singuli heredes possident divisioni non sint obnoxia.

Rerum hereditiarum communio nunquam eo modo praescribi potest, ut quae heredes communia habent, semper in communione manere debeant, ob id, quod communio hereditaria per triginta annos duraverit. In aeternum nulla societatis coitio est, neque haec potest introduci, quod per certi temporis spatium inter coheredes aut socios locum haberit. Quocunque igitur tempore, quis a communione velit discedere, potest petere divisionem etiamsi ad centum annos res inter eos aut heredes eorum communes manserunt 1). Communionis, porro haec est natura, quod quocunque tempore ab ea recedere possunt partes et ejus dissolutionem petere,

1) DELVINCOURT. Tom. III. 575. Ed. BRUX. *Zachariae Handbuch des Francösischen Civilrechts* T. IV. § 534. ← Rem judicatum refert Merlin *Reptertoire v. Partage*.

tamdiu igitur in communione sunt, ius ab ea rece-
dendi nullae praescriptioni potest obnoxium esse,
quia nunquam praescriptio initium habere potuit.
Praeterea communionis praescriptio contraria est
consilio utilitatique, propter quam praescriptio in
jure introducta est. Haec enim dicit ad certam
singulorum et liberam possessionem, illa litium dis-
cordia mater est; sic leges promoveant lites,
si statuamus praescriptione irrevocabilem fieri rerum
communium possessionem. Sed ut hoc locum ha-
beat, constare quoque debet, res hereditatis circa
quas communio inter heredes orta est, in communi
possessione heredum mansisse. Communi nomine
debent heredes res hereditatis possidere, sive unus
solus eas in possessione habeat easque administret
sive plures sint in possessione et singuli ex commu-
nione, quid curent et administrent, hoc non refert,
sed debet communi nomine fieri. Tamdiu quis igi-
tur hoc probare potest, quod communio rerum heredi-
tarum inter se et adversarium locum habet, cuius
rei pro circumstantiis varia possunt esse indicia, cum

successu semper ad divisionem rerum communium compellere potest, nec refert ad quod usque tempus res inter eos communiter fuerunt possessac.

Hoc principium, quod ex natura omnis communionis sequitur confirmatum etiam est in art. 1114. Cod. Civ. — Alia autem est quaestio, de qua ulterius agitur in art 1114, ubi docetur, praescriptionem obstarre posse familiae erciscundac actioni, quando coheredes rerum hereditiarum divisionem petant, quae per tempus ad praescriptionem requisitum in sola unius heredis possessione fuerunt et quas suo nomine, tanquam sibi proprias possedit. Nam in hoc casu cessat actio, qua caeteri ad harum rerum divisionem intendunt, non quia praescripta est ob id, quod illae res per longum tempus in communione

1) Art. 1114 Cod. Civ. ita audit: Tegen de regtsvordering tot de boedelscheiding kan de verjaring alleen worden ingeropen door den erfgenaam of den medeerfgenaam, die afzonderlijk gedurende den tijd tot de verjaring gevorderd, het bezit heeft gehad van goederen, tot den boedel behorende, edoch niet verder dan ten aanzien van die goederen. —

fuerunt possessae, sed quia non amplius communes sunt. Communio ad quam dividendam actio Fam. Ercise sola instituitur, circa illas res, nulla amplius inter coheredes locum habet. Plena harum rerum proprietas ad eum coheredem venit, qui eas huc usque possederit tanquam suos et propriis commodis impenderit Cf. Art. 2004 Cod. Civ."

Potest autem difficultas inveniri propter art. 592 Cod. Civ. in quo praeceptum est, *neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse*; cum autem heredes ipso jure acquirunt possessionem omnium defuncti bonorum, has res etiam tanquam communionem possident. Sed respondemus cum Cons GOUDSMIT 1) hanc regulam possessionem heredes per se nancisci, mortuo auctore, falsam et spuriam notionem esse, cum regula *le mort saisit le vif* ultra suos fines accepta est, uti CUSACIUS 2) jam monuit. Saltem haec possessio ficta nihil commune habet,

1) *Themis. Jaargang VII*, N°. 5, pag. 459.

2) Ad. I. 50 pr. D. ex quibus caus. maj.

nec obstat verae possessioni, si igitur heres res hereditatis statim apprehendi animo sibi habendi et non communionis habendae, certe per praescriptionem hereditati eximitur; si autem initio animo communionis, non existimo illam praescribi posse, nisi tale factum accederat, per quod potest causa possessionis mutare.

Causam vidimus, ob quam hereditatis dividenda obligationi praescriptionis exceptio obstare potest. Si autem quaeritur a quo tempore, actio qua rerum communium divisio petitur, praescriptioni obnoxia esse incipit tunc respondendum videtur cum Clar ZACHARIA, 1) »Verjährbar wird die Klage erst von der zeit an, da einer der Miteigentümer die Sache oder die Gesamtheit der gemeinschaftlichen Sachen, ausschliesslich, und gleich als ob die Theilung geschehen war zu besitzen anfängt. Tempus porro, per quod res hereditatis in divisa coheredum possessione esse debent, ut praescriptione liberentur ab

1) loc. cit. B. 1. pag. 435: und in p. 29. 31. 34. 36. 37. 38. 39.

hereditatis divisione est triginta annorum, quia omnes prescriptio viginti annorum requirit titulum, qui hic deest. cf. art. 2000 Cod. Civ.

Quod autem ad effectum hujus praescriptionis attinet docet CHABOT DE L'ALLIER, ad art. 816. Cod. Civ. Nap. heredem, qui praescriptione utitur, majorem partem ex hereditate nancisci non posse, quam praescriperat, nam ex praesumpta hereditatis divisione sequi, quod ille suam partem nactus jam fuisset. Mihi autem videtur eum petere posse, quod sibi ultra haec bona praescripta ex hereditate debetur, nam ex divisione praesumpta nondum constat, totam familiam divisam fuisse et ita de residuo agere potest; sed si tanquam praedo praescriperat, tamen, quod excedit, petere potest; nam praescriptio sine justo titulo et bona fide efficit quidem, ut actio contra eum cesset, minime autem, ut ipse actionem non instituere possit, in qua actione certe rerum praescriptarum ratio habetur, ita ut coheredes illi unice, id quod ejus portioni deest restituere debent.

QUAESTIO QUARTA.

OBSERVATIO AD ART. 1129 COD. CIV.

Primarium in jure succedendi principium hoc est, ut *heres in universum defuncti jus intret*. Si autem duo vel plures adsunt, conjuncti omnium ratione idem obtinet, quisque in universum jus succedit pro ea parte, pro qua heres scriptus est a testatore aut a lege vocatur. Singuli igitur, si concurrant cum pluribus in partem juris universi defuncti intrant, et pro ea parte fiunt participes lucri et damni, quod ex hereditate communi obvenit. Hinc ex strictis juris principiis in singulis rebus sive dividuis sive indi-

viduis, pro sua parte proprietatem acquirunt, quam ut pote domini alienare possunt. Neque opus tunc iis est relinquorum heredum consensum quearere; ipsi enim pro sua parte, plenam proprietatem singularum rerum habent. Est haec quidem stricta principii, quod posui interpretatio, atque ita in Jure Romano cunctum fuisse videtur. Morte enim testatoris heredes communem vel indivisam rerum hereditarium nanciscabantur possessionem, sed pro sua portione quisque, in quaque re plena proprietas erat. Quisque heres partem proprietatis, quam in singulis rebus habebat alienare poterat veluti vendere aut hypothecae dare. Prius docetur in l. 54. D. Fam. Ercise, ubi partem suam proprietatis fundi hereditarii alienasse aliquis ex heredibus dicitur; tum fundus ipse, si quis partem suam alienaverit e communione exire, nec divisioni amplius obnoxius esse dicitur. Haec autem Neratius in ea lege ait: *Ex hereditate Lucii Tutii, quae mihi et tibi communis erat, fundi partem meam alienavi: deinde familiae erescundae Judicium inter nos acceptum est.*

Neque ea pars quae mea fuit, in Judicio veniet cum alienata de hereditate exierit, neque tua: quia etiamsi remanet in pristino jure, hereditariaque est, tamen alienatione meae partis, exit de communione. Utrum autem unus heres partem suam non alienaverit, an plures, nihil interest: si modo aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus, hereditaria esse desiit. Jure Romano igitur coheredes, pro eorum parte singularum rerum hereditiarum plenam proprietatem acquirunt et uti ex lege citata appetat, si quis partem suam in aliqua re alienavit, haec res e communione exisse dicitur, et pro coherede reliqui coheredes extraneum nanciscebantur co-possessorem. Verum ab hae Juris Romani doctrina recessit jus civile Gallicum et jure nostro idem obtinere, infra vibebimus. Secundum nostri Juris principia divisione demum declaratur, quid cuique coheredi tempore mortis defuncti competit, quod a morte defuncti possesse censemur, nec refert ad quod uero tempus communio duraverit et divisio data sit. Ex Juris Romani autem principiis, hereditatis divisio hoc habebat

proprium, quod coheredes sibi invicem partem cederent, quam in singulis rebus hereditatis habebant, ita ut is, qui cedebat suam partem in una re, alterius solus proprietarius fiebat et sic invicem.

Sed inde vero quoque, quod si unus vel plures ex heredibus suam partem rei hereditariae hypothecae aut pignori dedit, illa pars rei hypothecata aut pignorata manebat, etiamsi sorte ita eveniat, ut illa res per divisionem alteri adjudicabatur, uti hoc docetur in l. 6 § 8. D. Comm. Div. ubi haec verba occurrunt: *Si fundus communis nobis sit, sed pignori datus a me, venit quidem in communi dividendo: sed jus pignoris creditori manebit, etiamsi adjudicatus fuerit, nam etsi pars socio tradita fuisset, integrum maneret. Arbitrum autem communi dividendo hoc minoris partem aestimare debere, quod ex pacto eam rem vendere creditor potest, Julianus ait.*

Hocce principium, uti quisque sponte videt, magnis difficultatibus ansam dabat, quia heredes, post factam divisionem perpetuis evictionibus erant obnoxii.

Hinc repetendum videtur, quod antiquitus in GALLIA aliud principium receptum fuit, quod ex-

plicuerunt le BRUN *des Successions titre des Partages* N°. 21, 35, et 39. POTHIER *des Successions*, Ch. IV, Art. 5. Translatum hoc est in Cod. Nap. unde Art. 883 est conscriptus. Secundum illud principium divisionibus non jura in alterum transferuntur, sed quod jam possidebant heredes, hoc divisione definitur et addicitur singulis, pro eorum parte. Les partages uti dicitur 1), ne sont pas *translatifs*, mais *declaratifs* de propriété. Idem jus Legislator noster agnovit in Art. 1129 Cod. Civ. qui plane convenit cum Art. 883 Cod. Civ. Nap. Nimicum secundum illum articulum, quisque heres censetur solus succedisse in eas res hereditatis, quae ei divisione sive licitatione obvenerunt. Quae autem caeteris modo obveniunt heredibus, hae nunquam ad alteros pertinuisse habentur. Quisque heres eas, quas ex hereditatis divisione acquirit res, censetur propterea immediate accepisse a defuncto, licet multum tempus post mortem defuncti praec-

1) DELVINCOURT, T. II, pag. 422, et DURANTON, Tom. VII, pag. 700 sqq.

terierit, postquam divisio rerum facta est. Potest etiam ita divisio fieri ut potius sit distributio, qua singulis heredibus singulae res in totum ceduntur.

Hujus autem principii effectus sunt magni momenti, cum heres directe in bonis sibi adjudicatis succedit defuncto, alienationes et hypothecae factae per coheredes, in hisce rebus, ratione suae partis nullam vim in eum habent. Minime autem inde sequitur, alienationem vel hypothecam ipsam initio nullam esse, nam si fundus illi coheredi e. g. adjudicatus est, qui eum ante divisionem pro sua parte hypothecae obligaverat, hypotheca omnino valida est, uti appareat ex art. 1212 Cod. Civ. In eo casu igitur, quando res hereditatis ab uno herede alienatur vel hypotheca gravatur, haec autem res per divisionem alteri ex heredibus attribuitur, hypotheca illi rei, pro qua hic heres non imposita fuisse censetur. Cum autem hocce principium introductum videtur ad difficultates tollendas, quae ex evictionis periculo sequerentur ampl. LOKE, 1)

1) Handboek voor Notarissen. p. 806.

defendit, vim et effectum hujus principii non esse agnoscendum in illis rebus hereditatis, quae nunquam communes inter coheredes fuerunt, sed quarum divisio, statim ac hereditas delata est, per ipsam legem jam facta est. Ex art. 1335 Cod. Civ. nomina tam passiva quam activa ipso jure inter coheredes sunt divisa, ita ut creditor etiam ante divisionem a quoque herede partem debiti potest petere, uti et quisque heres suam partem a debitore hereditatis. Quando igitur nomen activum venit in familiae Erciscundae Judicio et uni coheredi tale nomen adjudicatur, id, secundum LOKEI sententiam, minime illi cui cohaeres suum jus cesserat, vel ei qui cum uno coheredum compensare licebat damno esse potest.

Aliam autem sententiam tulit Curia Cassationis 1) in GALLIA D. 24. Jan. 1837, quae nullum discrimen inter *Corpora* et *nomina* hereditaria agnovit.

1) Hancce sententiam communicavit ampl. LOKE in Regtskundig Tijdschrift voor het Notaris-ambt. D. IV 5^e. Afd. N^o. 202, 222 en 223.

»Overwegende, sunt verba sententiae a curia latae: dat eene scheiding is een middel van aanwijzing, niet van verkrijging van eigendom (*declaratif et non attributif de propriété*); en dat naar den inhoud van art 883, ieder erfgenaam geacht wordt alleen en onmiddelijk te zijn op gevuld, in de voorwerpen in zijn lot begrepen, en nimmer den eigendom van de overige voorwerpen der nalatenschap gehad te hebben.

Overwegende, dat deze algemeene regel zonder onderscheid, op alle erf goederen van toepassing is; en dat bij gevolg, indien cene oorspronkelijk deelbaar schuldvordering, voor het geheel in het lot van een der erfgenamen is begrepen, zij als den beginne af zijn eigendom is zonder dat het arrest, daarop intusschen door eenen personeelen crediteur van eenen mede erfgenaam gelegd, eenig gevolg kan hebben”.

Mihi autem magis arridet opinio quam LOKE tuctur, nam recte animadvertis, quod creditori, qui solutionem accipere, acceptilationem interponere potest, eti-

am sine dubio competit jus suum in nominibus alteri tradere. Ipsius verba viri ampl: hic afferam. »Den genen, die een bepaald gedeelte eener schuld uit eigen hoofde mag opvorderen, kan men immers ook de bevoegdheid niet ontzeggen, dat zelfde deel aan eenen derden over te dragen of te verpanden. En wanneer de eerste dier handelingen, ten aanzien van den debiteur onherroepelijk zijn, zoo kan men ook de laatste aan geene eventuelle resolutie, bij eene scheiding, dat is bij eene nadere beschikking van den schuldeisscher onderwerpen.”

T H E S E S.

I.

Ex hereditatis aditione non nascitur obligatio
quasi ex contractu inter heredem et legatarium.

II.

Condictio ex poenitencia jure Romano omnino
competit, et vero rationi juris non adversatur: non
igitur ab Gans debuit *fabulosa* vocari.

III.

Per pactum servitus in Jure Justianeo constituitur,
sine traditione.

1899682

excepit, ut damnum actori vel reo illatum resarciri nequeat.

XIV.

Appellatio in Causis Criminalibus admittenda videtur.

XV.

Judex militaris in judicandis criminibus communibus tenetur art. 209 Cod. Quaest. Crim.

XVI.

Poenae sive Capitalis sive Corporalis publica irrogatio improbanda est.

XVII.

Testes, quibus lege interdictum est, ut ad testimonium confirmandum praestent jusjurandum, tamen propter falsam in Judicio factam depositionem, puniendi sunt ex art. 361 Cod. Poen.